

6. — Maurus primus episcopus Torcellensis sedit ann. .vii.

Iulianus sedit ann. .xlvi. [add.: consecrati fuerunt a domino Macedonio nove Aquilegie patriarcha].

Deusdedit sedit ann. .xxiii. [add.: a domino Paulo patriarcha, qui primus fuit in Gradensi civitate a Romano pontifice constitutus, item ipse consecratus est]. 5

castellum quoddam illic fieri ordinaverunt, a quo vero castello pontem edificantes usque ad Amianas^(a) fecerunt iter. prefatis namque Fraudunis concessit Aurius tribunus et Maurus presbiter in vico Amianarum iudicii tribunatum. maximam vero cuiusdam littoris partem ex concessione Aurii tribuni nec non et Mauri presbiteri, 10 ut ad eiusdem ecclesie utilitatem vineas edificarent, ipsi Frauduni apprehenderunt^(b); piscarias quoque ac paludes, ut eidem ecclesie molendinos construerent^(c), idem Aurius tribunus et Maurus presbiter plures concessit. in eodem vero vico Amianarum supradicti Frauduni ecclesiam Sancti Marci construxerunt^(d) eamque Sancti Lau- 15 rencii ecclesie subiugantes. non post multum temporis ipsi Frauduni cum Calciamiris, aliquas reliquias sanctorum martirum Sergi et Bachi a quodam Stephano Scopacalle suscipientes, ecclesiam^(e) in Dei et eorum honore in capite vici Constanciaci edificaverunt^(f), quam prefate^(g) plebi Sancti Laurencii subdiderunt. iterum quas- 20 dam alias reliquias sanctorum martirum Marcelliani et Maximi a quibusdam castellanis acquisiverunt^(h); in quorum honore ecclesiam edificantes iam dicte subiugaverunt plebi. has namque tres ecclesias per scripti cyrographum prefate subdiderunt plebi, eo vero ordine, ut singulis annis⁽ⁱ⁾ in earum festivitibus iam^(k) dicte ecclesie 25 plebano prandium preparare honorifice deberent: huius vero^(l) vicem isdem plebanus in ipsius plebis festivitate earundem ecclesiarum clericis constituerunt reddere teneretur^(m). ex collaudacione vero

(a) *Su* Amian. Insulas (b) prefatis - apprehend.] *Su* verum Aur. iste trib. prefactis Fraud. conc. cum consensu Mauri presb. ut in vico Am. sedes tribunalis ad reddendum iudicium constitueretur, et ad eiusdem ecclesie quoque utilitatem max. litt. part. ad vineas faciendas ex conc. A. trib. et presb. M. ipsi Fraud. susceperunt (c) construeret *corr. U su* constitueret *Su* construerent acceperunt, pluraque alia A. trib. et M. presb. libentissime eiusdem conc. porro in eod. vico Amianarum predicti (d) *Su* edificarunt (e) *Su* tunc eccl. (f) *Su* edific. in cap. v. Const. (g) *Su* prefacte (h) *Su* acceperunt et vi et dolo rapuerunt (i) *Su* edificaverunt et iurisdictioni plebis predictae subiug. hac tamen conditione ut sing. ann. (k) *Su* om. iam (l) *Su* sibi honor. prepar. deberent et per dies octo ante festum ab illis invitaretur, huius vero (m) *Su* in fest. eiusdem sue ecclesie cler. ear. eccl. redd. teneretur, et de hoc extat statutum *U S M om.* teneretur